MEDIZINISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Salzburg, 1469 Seite 291v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



foliorum recentium sauine edere
~~bacc~~ arboris lauri · an · ℥ · 1 · rosare
recentium in minori quantitate ·
omnia pistentur et buliant in
iiij · lb · lardi bene pistati ita
quod remaneat due libre postquam
colentur et illi colature addatur
cere albe ℥ · 1 · ß · et thuris
℥ · 1 · et adhuc buliat aliquantulum
et abstrahatur ab igne
et vsui reseruetur / vngatur
pectus et omnes spinales ·
ad ignem fortiter · etc · ¶

Vngentum contra morfeam albam ℞ tartari salis gemme aluminis zuccarini et stissi-
euforbij nitri suriam auri
pigmenti soluti / distemperati
cum sapone sarratenico ut
gallico et sallem cum capitello ·
fricetur cum vngento usque ad
plenam loci excoriationem / quo
viso cum oleo fraxino vngatur
et puluis tartari · et
aluminis super aspergatur / ad hoc
facit aloe epaticum cum oleo
nucum et succo absinthij ·
distemperetur · etc · ¶

Vngentum contra scabiem ℞ terbentine lote in
aqua rosarum tribus vicibus
poma aurantie numero · iij · pista
et exprime succum eorum / vitella
ouorum numero iiij · mirre
storatis liquide an · ℥ · iij · misce
et fiat vngentum · ¶

Vngentum aliud ℞ staphisagrie aloepatici an ·
℥ · iij · mirre ℥ · ß · olei laurinum ℥ · ß · axungie porcine
sulphuris viui · argenti viui · an · ℥ · iij · misce totum et

fiat vngentum per quedam · Contra etc

Vngentum rubeum potabile ℞ butirum maij · recens
et laua cum aqua clara nouies · postea recipe radices buglosse ℥ · ij · rubea tinctorum ℥ ·
1 · pistentur optime et buliant
cum supradicto butiro lb · iiij et
fiat vngentum secundum artem · ¶

Vngentum de palma sic fit
Sumatur lb · 1 · adipis vituli
mundati a pelliculis suis incidatur frustratim et misceatur
cum eo olei veteris litargiri
citrini et puluerisati et cribrati an lb · 1 · ß · dragaganti
℥ · ij · triti et cribrati postea hoc
ponatur omnia in casola ad
ignem et agitando continue cum
spatula palme uel ligno glandium et de subtus ligni glandium uel palme frustratim
incisa ponatur in vngento homo-
decoctionibus / et decoquatur
tamdiu agitando cum spatula donec fiat in termino
spissitudinis · sicut est spissitudo
cere mollificate / hoc enim
vngentum consolidat omnia vulnera et incarnat ea · ¶

Vngentum de camphora sic
fit ℞ vngenti albi lb ·
ß · caphore puluerisate ℥ · ij ·
misceatur in mortario cum
oleo rosarum et aceto quantum
sufficit · etc · ¶

Veralogodion memphitum
yera .i. sacra · logos · i ·
sermo · memphitum · i ·
impedimentum curat enim
impeditam locutionem ex quacumque